



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 24. Decisio a summo Pontifice facta circa controversiam de succedendi jure in Decanatu S. Collegii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

ffus, die decima tertia Decembris cum Sæc. XVIII.  
 sacra hac sarcina in Europam vela fe- A. C. 1721.  
 cit, atque Anno hujus sæculi vigesimo  
 tertio Romam venit, ubi eadem vene-  
 randa Cardinalis ossa die vigesima se-  
 ptima Septembris ante Altare majus  
 in Ecclesia Collegii de Propaganda so-  
 lemni ritu recondita fuere.

§. XXIV.

*Decisio a summo Pontifice facta circa  
 controversiam de succedendi jure  
 in Decanatu S. Collegii.*

Jam ante biennium Clemens XI. Papa Vid. t. 703  
 in secreto, ut vocant, Consistorio pag. 379.  
 Cardinalibus pollicebatur, se Viros Orat. Con-  
 doctrina, prudentia & pietate insignes fiſt. Clem. XI.  
 selecturum, qui Pauli IV. Constitutio- pag. 162.  
 nem, qua successio in Decani officio Hiſt. uni-  
 stabilita fuerat, diligenter excuterent, verſ. Pe-  
 & si quæ alia ad hujus causæ momenta riod. VII.  
 conferre censuerint, attente exquire- part. 8. c. 8.  
 rent, demum vero accurate cuncta eo pag. 854.  
 fine perpenderent, ut Pontifex, quod  
 hac in causa ad majorem Dei gloriam.  
 sanctæ Sedis utilitatem, ac sacri Col-  
 legii honorem magis conferre arbitra-  
 bitur, decernere posset. Recruduit  
 hæc controversia, dum die decima  
 tertia Januarii hoc anno Fulvius Aſtal-  
 lius S. Collegii Decanus obierat; tum

F 4 enim

Sæc. XVIII enia hæc dignitas soli Sebastiano An-  
 A. C. 1721. tonio Tanaræ, utpote Cardinali anti-  
 quiori, tempore hujus vacationis in  
 Curia Romana præfenti, competere  
 videbatur; reclamabant tamen Cardi-  
 nales de Judice, Ursinus, & Pamphi-  
 lius, qui per Caussidicos longe cele-  
 berrimos sua jura tueri nitebantur, eo-  
 quod Tanara in Cardinalatu junior,  
 ipsi autem in Cardinalitia dignitate an-  
 tiquiores essent, licet tum extra Cu-  
 riam degerent. Hujus rei discussionem  
 Pontifex particularis Congregationis  
 Patribus commisit: Eo autem comperto  
 Cardinalis Pamphilius ultro præten-  
 sione cessit, cujus etiam exemplum se-  
 quebatur Franciscus Cardinalis de Ju-  
 dice: nihilominus Vincentius Petra  
 S. Congregationis Episcoporum Secre-  
 tarius, Marefiscus Pontificius Audi-  
 tor, Lancetta, Cerrus, Herrera S. Rotæ  
 Auditores, Anfideus S. Officii Asses-  
 sor, & Prosper Lambertinus particu-  
 laris hujus Congregationis Secretarius  
 jussu Pontificis convenerant, reque ma-  
 ture discussa die vigesima octava Fe-  
 bruarii decrevere, consulendum esse  
 summo Pontifici, ut declarare velit,  
 quod vi Constitutionis Pauli IV. Deca-  
 natus S. Collegii ad Cardinalem Tana-  
 ram, utpote Cardinalem antiquiorem,  
 & in Curia Romana tempore vacationis  
 præ-

præfati Decanatus præsentem, devol- Sæc. XVIII.  
 vatur, illi autem Cardinales, qui licet A. C. 1721.  
 antiquiores, tempore tamen hujus va-  
 cationis, a Curia, & quidem nec ex  
 publica causa, nec ex Pontificis desti-  
 natione, absentes fuerunt, ab hujus  
 officii successione excludantur, quam-  
 vis in Diæcesibus, quarum administra-  
 tionem ex dispensatione Apostolica re-  
 tinent, residerent. Insuper audita Car-  
 dinalis de Judice cessione iidem Patres  
 rogarunt Pontificem, ut declarare ve-  
 lit, ex hujusmodi cessione nullum in  
 futuris Decanatus vacationibus censi  
 irrogatum fuisse præjudicium Cardina-  
 libus ejusmodi jura soventibus. Hæc  
 Prosper Lambertinus retulit summo  
 Pontifici, qui utrumque Congregatio-  
 nis decretum confirmavit, ac die tertia  
 Martii in secreto Consistorio totam rei  
 seriem Purpuratis exposuit, & Cardi-  
 nali Tanaræ hanc Decani dignitatem  
 asseruit. Hunc vero sermonem ad con-  
 gregatos habuit Pontifex.

„Duo jam lapsi sunt anni, ex quo  
 „occasione obitus bon. me. Nicolai S.  
 „R. E. Cardinalis Acciajoli, Episcopi  
 „dum viveret Ostiensis, & Veliternensis,  
 „vestrique Collegii Decani orta fuit  
 „dubitatio circa sensum constitutionis  
 „sel. rec. Pauli Papæ IV. Prædecessoris  
 „nostri, qua ejusdem Collegii Decana-

Sæc. XVIII., tum perpetuis futuris temporibus,  
 A. C. 1721., non nisi ad Episcopum Cardinalem anti-  
 „tiquiorem in Romana curia præsen-  
 „tem, aut ex causa publica absentem,  
 „atque extra eandem curiam per Ro-  
 „manum Pontificem destinatum de-  
 „venire posse sancitur. Ambigebatur si-  
 „quidem a plerisque, num constitutio-  
 „ne prædicta adversus Cardinales a Cu-  
 „ria hujusmodi absentes lata compre-  
 „henderentur, seu potius excluderentur  
 „Cardinales promotione antiquio-  
 „res, qui occurrente Decanatus vaca-  
 „tione ab ipsa quidem Curia abessent,  
 „sed apud illas Ecclesias reside-  
 „rent, quas eis in administrationem  
 „retinere etiam una cum aliqua ex  
 „illis Ecclesiis Suburbicariis, quæ Car-  
 „dinalibus antiquioribus assignari so-  
 „lent, ex consueta hujus sanctæ Sedis  
 „indulgentia permissum esset. Et sane  
 „ejusmodi rei ambiguitas, cum nullis  
 „adhuc præfatæ sanctæ Sedis definitio-  
 „nibus discussa, ac dirempta esse vi-  
 „deretur, animum nostrum adduxerat,  
 „ut eam expendendam librandamque  
 „demandaremus, sive dilectis Filiis Rotæ  
 „Romanæ Auditoribus, sive aliis hu-  
 „jus curiæ Prælatiis, quorum sententiis  
 „judiciisque suffragantibus id demum,  
 „quod rationi & æquitati consentaneum  
 „visum Nobis fuisset, decernere po-  
 „tuisse.

„tuiffemus. Vcrum dum in hac deli- Sæc. XVIII.  
 „beratione verfaremur, ut probe noftis, A. C. 1721.  
 „Venerabilis Frater Noster Vincentius  
 „Maria Epifcopus Portuenfis S. R. E.  
 „Cardinalis Urfinus, quem unum, tan-  
 „quam ceteris fuis Collegis promotione  
 „priorem, tam ad Decanatus dignita-  
 „tem quam ad Oftienfem, & Veliter-  
 „nenfem Ecclefias (memorata Pauli IV.  
 „fepofita Conftitutione) antiquitatis  
 „jura vocabant, fecum animo repu-  
 „tans hanc rem absque aliqua con-  
 „tentione transigi minime poffe, diferte  
 „& quidem non femel, Nobis significa-  
 „vit, fe firmiter conftituiffe fuper iftius-  
 „modi Negotio a quavis concerta-  
 „tione, feu litis fpecie prorfus abfti-  
 „nere, addiditque infuper, fe Beneven-  
 „tanæ Ecclefie jamdudum obftrictum  
 „reperiri. Sacri vero Collegii Decano,  
 „eidemque Oftienfi, ac Veliternenfis Epi-  
 „fcopo multiplices curas, nec levem  
 „pro animarum regimine vigilantiam  
 „incumbere, optare fe proinde, atque  
 „etiam obteftari, ut quacunq; fui ra-  
 „tione pofthabita, dignitatem Deca-  
 „natus, tunc vacantem Epifcopo Car-  
 „dinali ex refidentibus in Romana cu-  
 „ria antiquiori deferre vellemus, illi-  
 „que pariter Ecclefiarum Oftienfis, &  
 „Veliternenfis optionem permittere-  
 „mus, ea tamen adjecta declaratione,  
 „ut

Sæc. XVIII „ut simili in posterum occurrente De-  
 A. C. 1721. „canatus vacatione, salva & illæsa re-  
 „manerent, si quæ essent, jura Epi-  
 „scoporum Cardinalium, qui Cardina-  
 „latu quidem essent antiquiores, sed  
 „extra eandem curiam in prioribus  
 „suis Episcopatibus tunc residerent  
 „Hinc Nos tam enixis ac vere lauda-  
 „bilibus optimi Cardinalis precibus  
 „annuentes, bon. me. Fulvio tunc Epi-  
 „scopo Sabinensi ejusdem S. R. E. Car-  
 „dinali Astallio, qui ex Episcopis Car-  
 „dinalibus in Romana Curia residen-  
 „tibus antiquior erat, prædictam De-  
 „canatus dignitatem deferri, simulque  
 „earundem Ostiensis ac Veliternensis  
 „Ecclesiarum optionem absque ulla  
 „majori cunctatione permisimus, sal-  
 „vis tamen & amplissime præservatis  
 „juribus, quæ de cætero similibus in ca-  
 „sibus quovis modo competere possunt  
 „Episcopis Cardinalibus antiquioribus  
 „extra dictam curiam apud suas prio-  
 „res Ecclesias residentibus, dummodo  
 „e converso salva itidem essent jura alio-  
 „rum quorumcunque antiquiorum Car-  
 „dinalium in eadem curia tunc com-  
 „morantium. Quinimo, ne prædicta  
 „Pauli IV. Constitutio ancipiti diutius,  
 „varioque sententiarum judicio in am-  
 „biguum, atque incertum traheretur,  
 „neve de cætero super ea controversiæ  
 ulla

„ullæ aut diffensiones inter Cardina- Sæc XVIII.  
 „les oborirentur, vobis ea occasione A. C. 1721.  
 „similiter declaravimus, fixum decre-  
 „tumque Nobis esse viros aliquot do-  
 „ctrina ac prudentia insignes deligere,  
 „qui & ipsam Pauli IV. Constitutionem  
 „diligenter excuterent, & si quæ alia  
 „ad causæ momentum contulissent,  
 „attente inquirere, & accurate per-  
 „penderent, ut ita deliberatione ma-  
 „tura adhibita, illud tandem hac in re  
 „statuere possimus, quod ad majorem  
 „Dei gloriam & cultum, ad Apostolicæ  
 „Sedis utilitatem, ad Ordinis vestri  
 „honorem, atque ad animarum salu-  
 „tem conducibilius esse arbitraremur.  
 „Verum hoc ipsum a Nobis susceptum  
 „consilium, ac Vobis ex hoc eodem  
 „loco significatum exequi sustulimus,  
 „quia cum Decanatus dignitatem, ac  
 „simul supradictas Ostiensem & Veliter-  
 „nensem Ecclesias, obtinisset memo-  
 „ratus Cardinalis Astallius, cujus  
 „vegeta ætas, ac integra valetudo  
 „longe diuturnioris vitæ spem Nobis  
 „merito faciebant, ejusmodi negotium  
 „quamcunque moram facile posse  
 „pati censuimus. Cum tamen inscru-  
 „tabili Divinæ Providentiæ consilio  
 „factum sit, ut prædictus Cardinalis  
 „Astallius opinione nostra celerius  
 „ab humanis decesserit, statim secuto  
 „ejus



Sæc. XVIII. „ejus obitu, ut quod a Nobis jamdu-  
 A. C. 1721. „dum statutum fuerat, absque ulte-  
 „riori mora impleremus, septem hujus  
 „Curix Præsules Doctrina atque inte-  
 „gritate præstantes deputavimus, illis-  
 „que rem totam commisimus, ut probe ac  
 „mature discussis & perpensis rationum  
 „momentis, quæ hinc inde afferri pot-  
 „erant, & de quibus eos plene instrui  
 „curavimus, suum circa verum sensum  
 „memoratæ Constitutionis Pauli IV.  
 „judicium proferrent, quidque in hujus-  
 „modi Negotio justitiæ ac veritati con-  
 „sonum ipsis visum esset, Nobis indi-  
 „carent. Iisdem porro Præsulibus com-  
 „missimus pariter aliam controversiam  
 „super eodem Decanatu excitatam in-  
 „ter Venerabiles Fratres nostros Se-  
 „bastianum Antonium Episcopum Tu-  
 „sculanum Tanarium, ac Franciscum  
 „Episcopum Prænestinum S. R. E. Car-  
 „dinales de Judice respective nuncupa-  
 „tos, primum quidem antiquiorem in  
 „Episcopatu, sed Juniorem in Cardi-  
 „nalatu, secundum vero juniorem in  
 „Episcopatu, sed antiquiorem in Car-  
 „dinalatu, atque ex specialibus in suo  
 „casu concurrentibus rationibus mino-  
 „rem Episcopatus antiquitatem sibi mi-  
 „nime obesse contendentem. Verum  
 „cum idem Cardinalis de Judice prius-  
 „quam secunda hujusmodi controversia  
 „depu-

„deputatorum Præfulum examini sub-  
 „jiceretur, cuicumque suo juri cedere  
 „existimaverit, ea dumtaxat adjecta  
 „conditione, quod in futuris Decana-  
 „tus vacationibus nullum ex sua ces-  
 „sione præjudicium illatum intellige-  
 „retur iis Cardinalibus, quibus similia  
 „jura competere, nihil circa eandem  
 „secundam controversiam (petita ju-  
 „rium hujusmodi præservatione ex-  
 „cepta) a prædictis Præfulibus actum  
 „fuit. Quid jam Præfules ipsi concor-  
 „dibus suffragiis in prima controversia  
 „senferint, quid itidem in secunda, ut  
 „de cætero indemnitati Cardinalium  
 „similia jura soventium consultum esset,  
 „Nobis proposuerint mox audietis. „

His propositis Pontifex per Rivie-  
 ram S. Collegii Secretarium decretum  
 sacræ Congregationis die vigesima o-  
 ctava Februarii editum prælegi jussit,  
 quo absoluto ita prosecutus est:  
 „Istiusmodi Prælatorum consilium,  
 „seu decretum statim Nobis relatam  
 „fuit, ut audistis, benigne approbavi-  
 „mus, ac perpetuis futuris temporibus  
 „inconcusse observari mandavimus.  
 „Idipsum nunc iterum enixius manda-  
 „mus, ac insuper duo ejusdem de-  
 „creti authentica exemplaria unacum  
 „summariis rationum, seu, ut ajunt,  
 „Votis, quibus singuli Præfules pro-  
 „priam

Sæc. XVIII.

A. C. 1721.

1721

Sæc. XVIII. „priam sententiam unanimiter confir-  
A. C. 1721. „marunt, tradi volumus, unum qui-  
 „dem dilecto Filio Nostro Petro S. Lau-  
 „rentii in Damaso Diacono Cardinali  
 „Ottobono S. R. E. Vicecancellario,  
 „aliud vero dilecto Filio Collegii vestri  
 „Secretario, ut ambo non tam ipsum  
 „Decretum, quam præfata summaria,  
 „seu Vota, quorum duo itidem authen-  
 „tica exemplaria eis hunc in finem dari  
 „jubemus, inter Acta præsentis Con-  
 „sistorii ad perpetuam rei memoriam  
 „asservent, atque custodiant. Hæc  
 „omnia, Venerabiles Fratres vobiscum  
 „in præsens communicanda existimavi-  
 „mus, ut in ejusmodi re ad Ordinem  
 „vestrum pertinente, quid hætenus  
 „actum fuerit, plene compertum, ut  
 „par est, ac penitus exploratum habe-  
 „tis. Cæterum num ad majorem ge-  
 „storum firmitatem, ac quascunque  
 „futuras controversias penitus extin-  
 „quendas, novam desuper Apostolicam  
 „Constitutionem, seu declarationem  
 „edi, ac promulgari expediat, post-  
 „quam singulorum Præsulorum vota a  
 „Nobis visa ac perpensa fuerint, ma-  
 „turius deliberabimus. „

Verum, quo minus Pontifex hoc  
 consilium ad effectum deducere posset,  
 præpediebat nimis tempestitiva ejusdem  
 mors.